



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.  
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è  
Societate Jesu**

**Giuglaris, Luigi**

**Francofurti, 1684**

Medius inter Latrones. 65

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38349**

ELOGIUM LXV.  
MEDIUS INTER LATRONES  
IN CRUCE.

*Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19.*

Proh quam adhærent homines malis suis?

Qui venisti illa minuere

Fur es creditus.

Orta tecum hæc de te suspicio est,

Artis suæ consciunt;

Primus Herodes expavit,

Vel cum te fasciis vincitum sciret

Tuis sceptro suo cavit à manibus.

Securus tamen à te esse potuerat;

Qui undequaque perditus non haberet,

Unde talem allicere latronem posset,

Omnia te de repetundis accusant;

Quia ubicunque fueris

Omnia rapuisti.

Qua hora dormirent homines

Quasi per insidias eo egressus ex utero,

Ex quo te Mundus non expectaret,

Secus viam in specu latuisti.

Latronum more

Vel ipsa semper hospes in patria,

Curationem Corporum ad Cordium rapinas abusus

Ne sua quidem morti cadavera

Reliquisti.

Quidni igitur latronum sine desineres;

Qui latronum initii cœperas?

Latroni cuiuscunque

Præferti in pœna debueras,

Qui non humana, ut cæteri,

Sed homines rapuisses.

Nequicquam tamen

Tam severo correctus supplicio

Furta luens in Cruce,

Adhuc ipsos etiam furatus es fures,

Induxisti noctem

Novis latrociniis opportunam;

Non enim dicitur è  
mundo aliud tollere,  
quam peccata, &  
salamitantes.

Cum natus Christus  
est, turbatus est Herodes,  
metuens ne sibi  
Regnum eriperet.

Rapuit cælo bellus,  
orientim magos, gregi-  
bus pastores, tumulæ  
cadavera.

Quis enim suspicarè  
unquam potuisset  
Virginem matrem  
futuram.

Quos Christus san-  
bat in corpore, docent  
Patres sanasse etiam  
in animo à peccatis.

Atq; ita crucifigi  
medius inter eos.

Policendo illis ca-  
lam, & rapiendo in  
Paradisum, ut in  
bono latrone satse-  
paratur.

G

Baccha

*Plausisse visus mun-  
dus cum petra scissa  
sunt, &c.*

*Hac enim omnium  
difficillima rapina,*

*Vt enim jam erat.  
Omnium optimus,  
sapientissimus, &c.  
ita & dici omnium  
mitissimus voluit,  
Luce cap. 8.  
Cum invitatus fueris  
ad nuptias, recumbe  
in novissimo  
loco, &c.*

*Tenebra in Christi  
morte summa ejus  
clementia indices,  
& cur.*

*Qua nocte natus est  
Christus, fama est,  
solem constetum  
tempus prævenisse  
nascendo.*

*Pater ignosce illis,  
quia nesciunt quid  
faciunt.*

*Qui ambulat in te-  
nebris, illo teste, nescit  
quo vadit.*

Bacchatus in illa es vel in tumulos.

Ut tamen artificio furacitatis tuae

Plauserit Mundus,

Adhuc mulra, in quibus peritiam hanc  
Experiare supersunt.

Quamdiu mihi meipsum non rapias,

Fur mihi parum callidus es.

Amare Deum, Mortales,

Qui non aliud vobis

Quam attributum infelicitatis inviderit.

Affuetus Modestiae genio in novissimo loco  
Recumbere,

Ubi factus fellis vestri conviva est,

Legis jam prope immemor suæ

Non expectavit ut moneretur ascendere.

In Cœlo sedens contentus Patris dextera est,

Inter miserios plus aliquid ambiens

Non secundas, sed primas petit.

## ELOGIUM LXVI.

### EJUS CALAMITAS COELUM COECAT.

*Marth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joan. 19.*

Agnosce Clementiam Deo patem.

Tot laceratus in iuriis

Ulturus se more suo,

Excitato in hostium suorum pericolum Cœlo

Tegere illos superindicta studuit nocte.

Domui suæ moriturnis disponens,

Memor rapuisse se olim dum nasceretur

Horas aliquot Nocti,

Reddere illas, antequam discederet, festinavit.

Inferorum valvas, eo descensurus aperiens,

Eructata inde caligine

Diem oppressit.

Excusaturus apud Patrem

Popularium suorum nequitiam,

Quo facilius sudaret

Nescisse illos quid facerent,

Amotis